



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Pontificvm Romanorvm Continvata Svccessio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233



SÆCULVM OCTAVVM ICONO- MACHVM.

PONTIFICVM ROMANORVM CON-
TINVATA SVCCESSIO.

87. **I**OANNES VI. Græcus
creatur *anno 701.* obiit
anno 705. Sedit annos 3.
Men. 2.

88. IOANNES VII. Græcus creatur
an. 705. Græci plures Romano sese Cle-
ro miscuerunt, qui vel darent, vel acci-
perent suffragium Papatus: quo Ponti-
fices haberent sibi propensiores.

Verum creati, protinus sunt & in-
duti virtute ex alto: ut starent pro Eccle-
sia Romana contra hæreticos & pseu-
dopoliticos Græcos.

Oblatam ab Imperatore Synodum
Trullanam, ut confirmaret, potius re-
iecit, & damnauit cum Concilio.

Diem obit *anno 707.* Sedit annis 2.
M. 7.

89. SISINNIVS Syrus creatur *an. 708.*
Sedit dies 20.

90. CONSTANTINVS Syrus
creatur *anno 709.* Dum *anno 709.* voca-
tu Imperatoris, tendit Constantino-
polim, nauigans in Siciliam obuium
Theodorum Patricium, morbo labe-
factum, reddit momento sanum.

Iustinianus ei ad septimum lapidem
occurrit, prostratus ei pedes osculatur,
dein amplexatur.

Dominica proxima sub Missa è ma-
nibus Papæ sumpta S. Communione,
omnia maiorum Priuilegia indulta Pa-
pis confirmat; habitumque honorifi-
centissime dimittit.

Anno

- Anno 714. obit mitissimus hominum & laudatissimus. Sedit an. 6. M. 1.
91. S. GREGORIUS II. Romanus creatur an. 714. obit an. 731. Sedit annos 16. M. 7.
92. GREGORIUS III. Syrus creatur an. 731. obiit anno 742. Sedit annis 10. M. 9.
93. S. ZACHARIAS Græcus creatur an. 742. Obiit an. 752. Sedit annis 10. M. 3. Hic ad interrogata S. Bonifacii, Germaniæ Apostoli respondit;
1. Quod liceat Episcopo confirmare Ecclesias Episcopales, quas erexisset.
 2. Licere ei sic petenti Synodum provincialem congregare.
 3. Non licere, ut sibi successorem cōstituat; sed Adiutorem.
 4. Contra Canones Patrum prædecessorum Papa non dispensat. Plura in *Varijs* infra. Pipino Francorum Regi permisit Nominationem Episcoporum in regno.
94. STEPHANVS II. Sedit triduo.
95. STEPHANVS III. Romanus creatur anno 752. obit anno 757. Sedit annis 5. dieb. 28.
96. PAVLVS Romanus creatur anno 757. obit an. 766. Sedit an. 9. M. 1. Sedesque Romana vacat annum 1. Men. 1. dum Pseudopapa Constantinus, à Duce fratre suo intrusus, egeretur.
97. STEPHANVS IV. Siculus creatur an. 768. obit an. 772. Sedit annis 4. Men. 5.
98. HADRIANVS Romanus creatur anno 772. obiit anno 795. Sedit annis 23. Men. 10.
99. LEO III. Romanus creatur anno 795. obit anno 817. Sedit annis 22. De huius gestis infra in *Varijs*, sic et de cæterorum illustrioribus Actis.